



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. X. Quietatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

largiuntur, ostendunt se velle præcindere omnes altercationis occasiones, quæ conservationem quietis impediunt, Luc. de Penn. in d. l. un. C. publ. l. cit. col. 9. n. 16. vers. 12. pro rebus.

II.

Qui diu laboravit, tandem desideratà laborum requie gaudeat. l. 3. C. de Apparitor. præfector. prætor. Et ideo humanum genus laborat, ut per actis sudoribus quiescat. Perez. C. eod. n. 4.

CAP. X. Quietatio.

Axioma I.

Quietatio fit ad fidem dissolutæ quantitatis, quando illi, qui quietationem facit, in omnibus est satisfactum, l. dissoluta 2. C. de condit. ex lege. antequam enim per omnia satisfactum sit, quietatio nulla debetur, Castr. consil. 377. n. 2. Wesemb. 1. consil. 47. n. 42.

II.

Quietantias generales ut quis faciat, nemo compelli potest. l. cum Aquiliana 5. ff. de transactionib. quia sunt captiolæ, l. quid 3. §. contrarium 16. & ibi Bald. ff. de contr. judic. tutel. idem Bald. in l. pactum q. 16. C. de collect. Everhard. in loc. Topic. à generalitate. n. 2.

III.

Propter duplicem quietationem duplex præsumitur solutio. Brumm. ad l. 2. C. de discussor.

IV.

Quietatio generalis restringitur ad specificata. Barr. in l. 4. §. 1. ff. de pact.

Limita: quod non porrigatur ad species de novo repertas vel dolo contrahentium subtractas. Castr. consil. 207.

V.

Quietatio debet fieri cum omnibus clausulis generalibus necessariis ad ejus robur. Bald. in l. pactum. 3. C. de collat.

VI.

Quietatio est stricti juris & tollit tantum solutionem. Wesemb. consil. 42. n. 42.

CAP. XI.

Quem, Qui, Quod.

Axioma I.

QUEM non honoro, gravare non possum. Vid. supra lit. G. cap. Gravare.

II.

QUEM de evictione tener actio, eundem agentem repellit exceptio. Vid. supra lit. E. cap. Exceptio.

III.

Qui occasionem damni dat, damnum ipsum dedisse videtur. Vid. supra lit. D. cap. damnum.

IV.

QUOD differtur non aufertur, l. quoties 2. C. de prec. Imper. offer. cap. ancillam 11. 32. q. 2. c. nemo desperandus 1. de pœnit.

distinct. 7. cap. statutum 9. ubi gloss. verb. retardari, de heret. lib. 6. Garc. Gironde de privil. seu exempt. explic. n. 966. Adde Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proem. n. 62. Joh. Mar. Novar. quest. forens. lib. 1. q. 31. n. 13.

V.

QUOD potui, nolui, quod volui, adimplere nequivi, l. 3. in fin. ubi gloss. C. de contrab. & committ. stipul. l. multum interest 6. ubi gloss. C. si quis alteri, vel sibi. cap. cum super 23. in fine, de offic. deleg. Surdus consil. 251. num. 36. Card. Tusch. pract. concl. tom. 1. lit. B. concl. 133. num. 1. Achil. de Grassis decis. 17. in fine, de rescript. Honned. consil. 55. n. 81. lib. 1. Hieron. Magon. Florent. decis. 2. num. 14. Ovid. de Amicis de jure emphyt. q. 79. num. 9. Joh. Baptista Costa de facti scientia & ignor. inspect. 51. num. 10. Srephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 809. num. 12. Cancer. var. p. 2. c. 6. n. 155.

VI.

QUOD non vis tibi fieri, aliis ne facias. Matth. 7. & Luc. 6. l. justitia 10. ff. de justitia & jure. §. juris præcepta 3. vers. alterum non ledere. Inst. eod. tit. ubi Pichard. n. 30. dicit, quod non læditur alter, si id, quod nobis fieri nolumus, alteri quoque non faciamus. vid. omnino Golbert. Cognat. adag. 369.

VII.

QUOD quisque juris in alium statueris, ipso jure utaris, l. 1. ff. quod quisq. juris. Abb. consil. 101. In questione, in fin. lib. 1. Tiraquell. de retractu lig. §. 1. gloss. 13. n. 6. Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. Q. concl. 49. Unde dici solet, qui in alio aliter non judicet, quam in se ipso judicari vellet, l. 1. ff. de solut. Roman. consil. 55. Si volumus, in princ.

IX.

QUOD semel placuit, amplius displicere non potest, l. sicut 5. C. de O. & A. c. quod semel 21. de R. I. lib. 6. Mayn. in l. nemo potest mutare 75. ff. eod. tit. gloss. verb. partibus, ad fin. in Clem. sepè de V. S. Mant. Dial. 94. Thom. de Thomasset. in floribus legum, regul. 266. Surd. decis. 265. num. 251. decis. 288. n. 5. Calder. Pereira de potest. elig. cap. 16. n. 15. & de resolut. emphyt. c. 15. n. 7. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 6. lit. Q. concl. 48.

IX.

QUOD alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. l. quoniam 13. C. de Episc. & Cler. cap. quod alicui 67. de Reg. Jur. lib. 6. Thomas de Thomasset. in floribus legum, reg. 256. ubi

(R) 2

ait